

grande aliquid, atque precipuum occultari diuini Deo patitur, sed si in celabis, ille manifestabit.

Palatius. Quarto. Hanc eandem dubitationem proponens Palatius: Cur dicitur: Non debet, sed non potest; vir sanctus, ait, abscondi non potest. Planè, si hominis fragilitatem spectes, abscondi potest sed si ingenium charitatis aspicias abscondi nequit: non ipsa semper pro omnium salute se prodit, & manifesta.

125. Lyran. Quinto. Lyranus Civitas super montem, abscondi non potest. Quid, ait, bonus Prælatus in persecutione non debet se abscondere, sed ad defensionem gregis sui se manifestè ostendere. Idem docent Palschafius, Abulensis, & alij. Civitas super montem, quamvis conglomerentur hostes, ipsa abscondi non potest; sed firma stat, pro suis se omnibus opponit. Bonus Prælatus in tribulatione non se abscondat, sed ster pro suorum defensione, pro eorumque salute periculis se objiciat. Sexto. Civitas supra montem supereminet, non solum vallibus, sed etiam aliis montibus, & ab ipsis minimè permittit se abscondi. Boni pastoris exemplar: non solum in valles, ac humiles suum dominatum habeat, & exequatur, verum etiam in montes, hoc est, in potentes, & minimè patitur ab ipsis magnatibus occultari, ac obnubilari in iustitia perpetranda, & legibus adimplendis.

126. Abulens. Septimo. Abulensis, Prælatus, ait, civitas est in loco alto posita, que abscondi non potest, quia officium boni Prælatis debet esse omnibus patens, ut quilibet oppressus possit Prælatum adire, remedium potens angustia sua, & ille omnibus communicare debet, ne sit personarum acceptor, quia omnibus debitor est, magnis, & parvis sapientibus, & insipientibus, Rom. 1. n. 14. Prælatus est civitas in monte posita, quæ non potest abscondi; sed omnibus sit patens, nemini sit reclusus, cunctis ejus ostium apertum existat, ut omnes possint ad eum aditum habere, & cum eo facile sua peragere, ac tractare negotia: Hæc est notio boni pastoris, quod omnibus sit pervius, sicut & mali Regis, quod universis occultus habeatur.

127. Cum Samuel ex Dei mandato Saulem ungere vellet, & simul cum ipso, ejusque puero pergeret, cum deventum esset ad extremam civitatis partem: Samuel dixit Sauli: *Non vero, ut amecedat nos, & transeat, tu autem subsiste paulisper, ut indicem tibi verbum Domini*, 1. Reg. 9. n. 27. & statim ipsum unxit, c. 10. n. 1. At verò aliter ipse Samuel unxit Davidem in Regem. lib. 1. cap. 16. n. 13. Unxit eum in medio fratrum suorum, Cur idem Propheta hos duos homines, destinatos in Reges, tam diversimode est oleo delibatus; unum in occulto, ita ut ne ab ejus puero, itineris comite, hoc agnosceretur; alterum verò aspicientibus multis, coram patre suo, & in medio fratrum suorum? Gregorius Magnus ibid. *Oleo quippe, ait, in medio aliorum ungitur, quia qui in aliorum exemplum posuit, nullam sui partem habere obscuram debet, & in medio fratrum ungitur, ut unctum, & medium se esse semper arbitretur.* Nam in ipsa unctioe prælagium dabatur qualitatis uniuscujusque futuri Regis, Saul, qui maximè perverfus evadendus, in abscondito oleo destinatus in regni clavum: David autem, ut probus & iustus in medio fratrum eligitur: *Medium se esse arbitretur.* Quia, sicut summa Regis nequitia inde verificetur, quod suis sit absconditus; sic summa etiam probitas, ex eo declaratur, quod

conctis sit pervius, ut omnium causas excipiat Vide lib. 1. c. 6. n. 29.

QUESTIO XIX.

Quare sicut Dominus ait suis: Vos estis sal terræ, vos estis lux mundi, non dixerit etiam: Vos estis civitas?

128. IN hoc mirabili sermone loquens Dominus, suis discipulis ait: *Vos estis sal terra, vos estis lux mundi;* & non ait: *Vos estis civitas;* sed absolute, *Non potest civitas abscondi.* Cur suppressit illud, *Vos estis?* Responder primò Maldonatus. Desest prima pars similitudinis: Vos estis civitas, aut similes civitati supra montem posita. Et ideo dici potest, quod forsasse illa particula, *Vos estis,* omissa, ne toties repeteretur; nam facile ex superioribus intelligenda venerat; & repetitio est fugienda. Vide supra c. 3. n. 21.

129. Secundò. Dico, in omissione illius particule magnum mysterium latere: nam in primis duabus comparationibus adducta est: *Vos estis sal terra, vos estis lux mundi;* plena, & adæquate tali, & luci comparantur Apostoli. At verò in hac tertia combinatione non ponitur particula, *Vos estis.* sed absolute civitas super montem posita adducitur in exemplum, fortè enim non ita comparantur expressè, & adæquate civitati in monte constitutæ, sicut conferuntur cum sale, & luce. Nã inter duas illas primas, & hanc tertiam comparationis partem hoc est discrimen, quia sal non se ipsum saporat, & condit, sed alia; lux non se ipsam illuminat, sed alia; ac civitas supra montem posita, ut dixi q. 16. ex D. Palschafio, Alberto Magno S. Thom. & aliis, est valde firma, & securæ, ac inexpugnabilis, & maxime ibi ad ficata, & constituta ad sui, ac suorum, quos in se continet, defensionem; in eoque loco ad magnum etiam sui auctoritatem, ac præminentiam sita est. Bene ergo Ecclesiarum Præfules comparantur magis expressè, & veluti adæquate salii, & luci, quæ non suas, sed aliorum commoditates respiciunt; non verò tam expressè, & omnimodè civitati super montem, quæ primò ad sui utilitatem, defensionem, & auctoritatem ibi cõstituta est. Præful enim non ad sui, suorumque proventum creatur, sed totus in aliorum salutem, ac defensionem est datus.

130. Isaias, cap. 60. n. 16. promittit populo Christiano multa bona, magnaque prosperitates, ut explicant D. Cyrillus, D. Hieron. Procop. Oleaster. Piatas, Forecius, & alij: Ait Propheta: *Mamilla Regum lactaveris, & scies, quia ego Dominus salvans te, & redemptor tuus fortis Jacob.* Per *mamillam* intelligit Regum bona, ut clariùs habent Septuag. *Divitias Regum comedes.* Sed cur Propheta inter exteras, quas denuntiat, felicitates, describit, quod bona Regum, principum ac prælatorum deveniunt in populo, sicut lacte mamilla, quod non abundantiam, sed quandam videtur parcitatem denotare, nam lac guttati in peccatore cadit. Cur ego non dixit, quod participabunt bona illa, tamquam è fonte, ac torrente, sed è mamilla? Magna, præclaraque reipublicæ felicitas, quod Regum, ac principum bona sint tanquam lac in peccatore: nam lac est in mamilla, non ad propriam sustentationem, alimentum habentis,

Anton. benti, sed ad alterius nutrimentum. Ita optimus gubernator divitias, bonaque habet, non ut ipse eis indulgeat, ac foveatur, sed ut populus ex eis comedat, ac pascatur. D. Anton. Ulyssip. serm. in Domin. 4. post. Pentecost. *Regi ac principi redius & vestigalia dantur, non ut ipse sibi indulgeat, & lautè comedat, sed ut in populum diffundat, & omnes sint saturati.* Vide c. 7. n. 93. & c. 5. n. 264. Et supra hoc c. n. 45. 46. & 47.

Matth. 5. n. 15. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt.

VERSIONES.

Syriacus. Neque lumen lucernæ admovent, ut ponant eam subter modium, sed super candelabrum, ut luceat iis omnibus, qui sunt in ædibus.

Imperfectus homin. 10. Quia nec qui accendunt lucernam, ideo eam accendunt, ut ponant sub modio.

Radix Græca. Neque accendunt lampadem, seu facem, seu nel à Lapide, candelam.

Hebræus. Ponunt sub sato. Tertull. lib. ad. Lucerna non sub modio versu. Hæreticos cap. 25. candelabrum constitui.

EXPOSITIO.

131. Palschaf. IT D. Palschafius lib. 3. In Matth. Docuit Dominus suos summa, & subtilissima, quippe ut condiant salis effusio ad incorruptam animas, ut illuminet eas ad intelligentiam veritatis, ut defendant, quas acquisierint, ab impulsu hostili; defensos verò accendant ad amorem divinitatis. Et in his comparationibus, ut præclare notat D. Thomas, Apostolorum magna primò Dominus explicavit per affirmationes: *Vos estis sal terra, vos estis lux mundi;* nunc verò per negationes: *Non potest civitas abscondi; neque accendunt lucernam.* Tot enim sunt excellentiæ Apostolorum, ut non solum affirmationibus, sed etiam negationibus exprimentur; sic etiam Baptista, non solum affirmationibus, sed etiam negationibus declaratur à Joanne cap. 4. num. 6. Vide lib. 1. c. 9. 45. Dominus suas in hac quarta similitudine comparat lucernæ accensæ. Et hujus sententiæ breviter hæc est summa, ut Apostoli, in sublimi dignitatis gradu constituti, acceptam lucem non abscondant sed omnes sua prædicatione illustrent. Tamen ad majorem claritatem quinquè hic explicanda notat Albertus Magnus. Primum lucernæ accensio. Secundum, locus, in quo non ponitur. Tertium locus, Sylveira in Evang. Tom. II.

in quo ponitur. Quartum usus, Quintum ad quos refertur.

132. Primum. Accensio lucernæ. *Neque accendunt lucernam.* Nemo admoverit lumen lucernæ, & in abscondito ponit, ut inquit in Christi persona Theophylactus, & Euthymius, *Nec ego vos eo sine divina scientia accenderim, ut abscondere, sed ut omnes illumineris.* Nam, ut ait Chrysostomus homil. 19. *Ego lumen accendi; non propter vos ipsos modo, verum etiam propter illos qui illuminandi sunt.* Et bene advertit D. Palschafius lib. 3. quod Apostoli superius gloriosius sint lux vocati, nunc autem lucerna. Secundò locus, in quo non ponitur, & ponunt eam sub modio, timoris, vel commoditatis præsentis saculi. Ad litteram verò, non ponitur lucerna accensa in abscondito, hoc est, sub modio, seu vase, ut dixit, Luc. 8. num. 16. *Nemo lucernam accendens operit eam vase.* Tunc enim frustra est lucis accensio. Tertio locus, in quo ponitur, *Sed super candelabrum,* hoc est, in publico, & manifesto. Nam Ecclesiastici, cum sint veritatis magistri, se non abscondant, ut ait D. Hieronymus, sed tota libertate se probant; nam quamvis Sancti, ut ponderant Rupert. lib. 4. in Matth. & latius dicam quasi. 2. ob suam humilitatem in speluncis, & terræ cavernis sint absconditi, ut erant Prophætæ; quando tamen occasio urget, in publicum exeunt, & coram omnibus lucent. Mylicè, *Super candelabrum,* hoc est, ut ait glossa Interlinearis, *Super vitam integritatem,* super quam ponenda est doctrina. Vel super candelabrum, id est, Ecclesiam, ut explicant Albertus, S. Thomas, Vel, ut ait Glossa, Hugo, lucerna Christus, candelabrum crux, in qua maxime resplenduit, & illuminavit.

133. Quarto usus: *Ut luceat,* hoc est, ut illustret, & illuminet. Ait Chrysostomus homil. 15. in Matth. in persona Christi: *Ego lumen accendi ut verò perseveret ardens, vestri profecto sit studij.* Christus nobis dedit lumen fidei, & scientiæ; ut tamen hæc lux ardeat, ne sit sub modio, nostrum requiritur studium, nostra cooperatio exigitur. Quintò. Ad quos refertur utilitas? *Luceat, omnibus, qui in domo sunt.* Omnibus, ait Hugo, sine ulla distinctione personarum, sive divitibus, sive pauperibus. *In domo.* Per domum intelligit D. Augustinus mundum. Beda verò, D. Anselmus, S. Thomas Ecclesiam. D. Palschaf. utrumque simul. Et ut explicat Caietanus, luceat omnibus, qui in domo totius mundi sunt. Ecclesia siquidem Christi una domus est totius mundi, 1. ad Timoth. 3.

QUESTIO XX.

Quare potius dixit Christus, lucernam non esse ponendam sub modio, quam sub alia re?

134. MODIUS, ut ait D. Isidorus lib. Etymolog. 17. est vas in quo mensuranda Isidorus, menturantur. Modius in se vacuus, & solum per superficies exteriores ligneus est. Ait Imperfectus homil. 10. Modij sunt amatores mundi, qui quamvis per superficies exteriores videantur habere

habere apparentiam; tamen in se sunt omnino vacui spiritualibus, & divinis; nec enim sub hujusmodi mundialibus, ac concupiscentia mundi prædicatio ponenda est, ne ab hujusmodi mundi amore impediatur, sed super illum, ut liberè, & expeditè prodeat. Hæc ratio procedit, etiam si lucerna poneretur sub quocunque alio operiente vase. Nostra quæstio est: Cur dicatur lucerna posita potius sub modio, quàm sub alio.

Prædicatio sub mundi amore ponenda non est.

135. August. Hilari. Charitas non terminatur certo loco.

August.

Joan. 3.

Prædicator ob temporale commodum non obtinebretur.

136. Albert. Mag. Sap. 17.

Ephes. 3.

Matth. 10. Prædicatio fiat paritate vite & gratia.

137. Anselm.

Prædicatio fiat sine timore.

138. Cantic.

mis Pharaonis curribus, quia ita audaces extiterunt, ut mare transigere pro persequendis hostibus non dubitarent. Unde ergo tanta audacia in delicata adolescentula? Sacrorum Prædicatorum formam hic agebat, ut docent D. Ambros. lib. de Orgelit. Isaac, & anima. cap. 4. Catena trium Patrum, Ju. Carpath. & alij. Superius enim dixerat: Ubi paschas, ubi cubas: ut suum dilectum suis adolescentibus, hoc est, suis auditoribus ostenderet. Et cum Concionatorum personam ageret; femineam teneitudinem deponit; & ita audaci accingitur animo, ut cum una existeret, copiosissimus equitatus reputaretur; & non quilibet, ac vulgaris, sed in curribus Pharaonis, qui fortiter, rapidissime, & impetu, ut notat Philo Carpathius, ad debellandos hostes ferbantur, ita nec à mari detinerentur, sed id ipsum transigere sint aggressi. Ita prædicator summo pro prædicationis officio hostes non timeat, pericula maris non formidet, sed omnia contemnat, ut munus suum animosè aimpleat. Justus Orgelitan. Christus loquitur ad Ecclesiam, ait, Equitatus meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea, cum sapientes mundi ad meam fidem evocandos converteri, ut deposito timore seculi, sub me, qui sum vera salus, currendo proficiant; neque circumferendo piis prædicationibus credentium fidei loculis manifestent.

Ambros. Orgelit. Carpath.

Prædicator nullo timore concutitur, nullo periculo retrahatur.

Orgelit.

139.

Luc. 5.

Beda. Bonavent.

Inter omnia prædicatori animositas maxime necessaria.

Hugo.

Peracto miraculo magnæ capturæ piscium, de quo satis late cap. 6. videns Petrus Christi virtutem, maxime tremebundus procidit ad genua Jesu, atque Dominus ei: Noli timere, ex hoc jam homines eris capiens, Luc. 5. n. 10. Ubi Dominus suum ei Apostolatus, prædicationisque prædixit officium, ut ex Beda, Bonavent, dixi citato loco, Beda. Sed cur Petro ad prædicationis munus non promittitur magna sapientia, magna eloquentia, & linguarum donum, sed his suppressis confidentia timorem excludens, ei exprimitur? Cætera Prædicatoris sunt ornamenta præclara; & ad inter omnia ipsum maxime condecorat, & ad debitum Concionatoris munus magnopere exigitur, ut audacia, animositateque; armetur, ut nullo principum timore concutatur, nulla petulantium formidine terreatur. Hugo. Datur exemplum doctoribus quod non propter peccata subditorum, vel timiditatem propria conscientia dimittere debent munus Eccl. sasticum, scilicet officium prædicationis.

Matth. 5. n. 16. Sic luceat lux vestra coram hominibus; ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.

VERSIONES.

Syriacus. Ita luceat lux vestra, &c. ut videant opera vestra bona, evchantque laudibus Patrem vestrum.

D. Aug. l. 1. de Si luceat lumen vestrum serm. Dom. in ut videant bona facta monte. D. Leo vestra. ser. 5. & 8. de Epphania.

D. Chryso.

D. Chryso. Sic splendat lux vestra.

serm. ne scandalum ponamus.

Imperf. hom. 10. Ut magnificent Patrem vestrum.

D. Chryso. serm. 24.

Arias.

Ut videant vestra pulchra opera.

QUESTIO XXI.

Quomodo cohereat, quod Dominus hinc suis discipulis mandat, ut eorum opera homines videant, cum infra coram eis non esse facienda præcipiat?

IT Dominus hoc loco: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra, & glorificent Patrem. Et tamen in hoc eodem serm. c. 6. n. 2. & 5. docet suos: Attendite, ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis. Quomodo ergo stat, ut fiant coram eis, & non coram eis. At missis multis, ex ipsius verbis facilis stat utriusque loci reconciliatio.

142. Math. 6.

143. Germana quaestio solutio.

Gloria Dei in nostris operibus quaerenda non est.

Gregor.

August. 1 Fulgent.

144. Patchal.

virtus lucis & resplendet

Joan. 5.

Rom. 13.

Chryso. Remig. Chrysiolog.

Ec 3 operis.

EXPOSITIO.

140. Sensus totius sententia.

Faustin. Quilibet respiciat lucem suam.

Chryso.

141.

Euseb. Gall.

Efficacius movent opera, quam verba.

Leo. Bona operatio vestra à Deo venit. Idem.

Bonus minister gloria Regis.

DIXERAT Dominus supra, suos esse sal, lucem, civitatem super montem, & lucernam. Nunc explicat modum, quo se habere debeant in functionibus, ac ministeriis suis, ut eorum opera ita coram hominibus fiant, ut omnes ex eis glorificent Deum. Ait Dominus: Sic luceat. Præme illud verbum, sic; id est, maxime, seu magnopere luceat lux vestra. Ita explicavi supra cap. 3. hoc verbum: Sic Deus dilexit mundum, & fatigans ex timore sequebatur, cap. 5. Iterum expendi infra numero 175. Sic lux vestra luceat, ut ait Faustinus lib. 1. de gratia Dei, cap. 5. Non otio resolvamini, sed lux vobis data luceat; & in theatro mundi resplendeatis, non luce aliena, sed vestra. Coram hominibus. Nam etiam si multi essent inimici, & detractatores; tamen, ut ait Chryostomus homil. 15. Etiam si innumeris accusare cupiant, nullus unquam infuscare vos possit. Coram hominibus dixit non coram Angelis, quia luce sua homines erant illuminandi.

Ut videant opera vestra. Illa particula, ut, dicit finem lucis vestræ, nempe, non ut vos laudemini, sed ut homines videntes opera vestra glorificent patrem. Videant opera vestra. Non dixit, ut videant sermonem vestrum, sed opera vestra. Ita ait Eusebius Gallicanus homil. in hoc Evangelio. Magis enim operando, quam loquendo proficitis, quia major est splendor operis, quam sermonis. Multo efficacius movent opera, quam verba. Glorificent Patrem vestrum. Quia, ut ait D. Leo serm. 5. de Quadrages. Ejus opera videntur in famulis. Nam ipse dat gratiam, & auxilia, per quæ operamur; & ideo tota nostra operatio bona non nobis ascribenda est, sed principaliter ipsi referenda. Unde ait idemmet S. Leo serm. 7. de Quadrages. Christiana pietas in suum transit auctorem, dum in ipsum dedicatur benigni quem in nobis fatemur operari. Dicente Domino; ac videant opera vestra, & magnificent Patrem vestrum. Glorificatur Deus in Operibus nostris, qui tales elegit servos, talesque in Ecclesia dedit ministros. Politicam regimen boni ministri gloria Regis delinantis. Unde inrer multa præclara in regno israhelico Regina Saba admirata maxime laudat Salomonis sapientiam, dum contemplatur templam habitacula servorum, & ordines ministrantium, 3. Reg. 10. num. 4. Post illud primum orbis miraculum, ordines ministrantium maxime Salomonis sapientiam indicabant.

Sylveira in Evang. Tom. 11.